

plinarum scientiam statuit: qui etiam Filius ad optimam naturam
optima voluntate adjuncta documenta sumsit ad vitam laudabi-
liter instituendam, iisque artibus excolendam, quibus postea non
vulgarem eruditionis et doctrinae opinionem adeptus, Cantoris
officio aliquot annos in hac nostra Schola feliciter functus est.
Quo in officio se non sui dissimilem praebeuit: sed quantum Cantor exi-
stens contenderat, ut Scholasticae juventuti utilia et necessaria
docendo, prodesset: tantum Iudex, approbante DEO, fauentibus
atque incumbentibus hominibus creatus, toti patriae, ut sua pru-
dentia mederetur et studuit, et haecenus non sine laude praesti-
tit. Praeterea si absque eo esset; pater tamen, quod in Ecclesiae
et Scholae usum id, quod in hoc genere promiserat, morte praeven-
tus, praestare non potuit, hoc se Filius nomine à Juventute ita
appellari putat, quasi ad filios soleat non paterna solum rei, sed